



1798.

*
1. B

m

m

2.*

Mar
15

re

H

3.*

May
15

re

4.*

Lithou
Res

dec

am

10

5.*

Ti
29

1798, 5.

ORDINARIUS
IDEM QVE
PROCANCELLARIUS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACULTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
SVMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE
ALIQVANDO EX ORDINE LOCVM
IN COLLEGIO OBTINENDI
PRAECLARISSIMO CANDIDATO
CAROLO AVGVSTO
TITTMANNO

VITEBERGA SAXONI
PHIL. DOCT. ET ARTT. LIBERAL. MAG.
D. XIX. MART. A. C. MDCCXCVIII.
COLLATOS INDICVNT

INSVNT

Responfor. Iur. LXXXVIII. LXXXIX. XC. et XCI.

OTBDINVRIBA
BVRMVA
ZSOGYNEFRIBA
SCHICR ET RFLIGI VASZBSCORIBA
LACVLTATIS LIZDIBCA
GILBZLAKIBA
SALVINGO HLTVER HCHCRIE
CVM CVM CVM
LACVLTATIS LIZDIBCA
PLATIDOLISZSOM GAKDIPATO
CZSOKO A N E H S T O
CZSOKO A N E H S T O



RESPONS. LXXXVIII.

*Quatenus uxor sine curatore constituto se valide
obliget.*

Quaestio haec primo aspectu otiosa esse, et, quod virginis
vel viduae a curatore, id coniugi a coniuge praestandum
expectandumque eo magis vidéri potest, quo magis Saxonia
eum legitimum curatorem agnoscit. Adeoque regulae in-
star obtinere, quam iudex curatori largiatur, et cui deuin-
ciat, eadem ex ipsis nuptiis potestate maritum frui, eidemque
officio obstringi.

Verum enimvero partim ipsa res, partim iuris abusus ad-
modum frequens, necessitatem induxit, inueniendi media,
quibus mulierum securitati consuleretur.

Res ipsa. Quoniam non omnia coniugibus communia
sunt, sed vterque etiam singulari et ab alterius rationibus dis-
creto iure vtitur, cui quicquam, vel negotio inter viuos per-
acto, vel dispositione in mortis euentum facta, detrahere,
neutri, inuitio altero, permittitur *v. Conf. VII. Part. III.*

◆◆◆◆◆

De quo si quid vxor mariti fauore remittere consilium init, suo et vxoris simul nomine maritum consentire, adeoque secum quasi ipso pacisci, et autorem in rem propriam fieri non posse, per se patet. Exemplum huiusmodi *Decis. XXIV.* praebet, quae fundi vxorii venditionem ab vxore factam, quippe marito, ob successionem rerum mobilium, quae iure Saxonico ei debetur, proficuam ex solo mariti consensu perfieri non finit, vt potius praeterea curatoris mulieri a iudice adiuncti consensum requirat.

Et quoniam praeterea mulieres plerumque sibi ipsis non sapiunt satis, vt potius blanditiis maritorum facile omnia sibi persuaderi patientur, prodesse potest, prudentem et bonum virum ad manum habere, eiusque consilio in negotiis aliquius momenti vti. Profecto haec ratio subesse debet legi patriae, quae d. XVIII. Nov. anno huius seculi XXII. in publicum prodiit, quae, quod attinet vxores, ita sancit: *Da hingegen wir die von denen Eheweibern bey Lebzeiten deren Ehemänner, ohne derselben, und anderer Vormünde, da ihnen der gleichen absonderlich verordnet, Vorbeiwüst und Authorität aufgestellte — — Verschreibungen und Handlungen an sich selbst und ipso iure dergestalt ungültig erklären, daß solche auch nach des Mannes Tode nicht für verbindlich zu achten, und weder die Wittbe noch deren Erbein, daferne selbige das Weib nach des Mannes Absterben nicht etwa agnosceret, — — daraus belanget werden mögen.* Solis receptiis bonis per verba subsequentia adeo exceptis, vt quad haec eandem, qua adultae virgines et viduae gaudent, potesta-

5

testatem iis concessam conspiciamus. Constituti enim curatoris consensus, quoniam, si talem non habent, superuacaneus habetur, oportet, ut propterea requiratur, ne contra ipsius mariti fraudes indefensae reliquantur. Coniungenda cum hac lege est alia, ex qua haec subiecta ratio magis perspicua prodit. Videlicet §. 1. Tit. VIII. Ordinat. Proc. Sax. Rec. vbi haec legimus; *Es wäre denn einem Eheweibe ein absonderlicher Curator in genere bestätigt, auf solchen Fall kann sie ohne denselben mit ihrem Ehemanne allein actus specialis mandati nicht expedieren. Da sie jedoch auf Erinnerung des Richters oder Gegentheils, daß sie dergleichen curatorem habe, verschweigen würde, soll sie sich hernachmals damit nicht zu behelfen haben, sondern daßjenige, so sie mit ihrem Ehemanne allein verrichtet, nichts deßweniger beständig seyn.*

Ex vtraque hac lege sequentem iuris patrii rationem constituo. Propter sexus imbecillitatem sic visum fuisse vxoribus patrocinari, ut iis concederetur, praeter maritum alium curatorem cooptare, eiusque consilio in iis rebus, quas marito commiserint, vti, vt, si circa has, inconsulto consiliario, mariti suasu obligationem inierint, ab hoc circumuentae habeantur, et restituantur, illaque restitutione tum demum, si, a creditore interrogatae, eiusmodi consiliarium sibi superesse negauerint, videlicet ob dolum hac negatione commissum, indignae habeantur. Consequitur ex his, si mulier conditioni ex chirographo a se et marito subscripto contra se instituta, exceptionem deficientis consensus curatoris sibi a iu-

A 3

dice

◆◆◆◆◆

dice adjuncti opponit, hanc defensionem legitimam existimandam esse, modo curatoris constitutio chirographo antiquior, neque ex hoc illius dissimulatio appareat.

Quae quo luculentius ex dd. ll. apparent, eo magis mirandum est, si fori usum hac in re minus constantem conspicimus.

Intelligebamus enim ex actis iudicialibus a Praefecto Stolpensi mens. Novembr. ad nos transmissis, eandem debitricem eadem defensione munitam bis damnatam, semel absolutam. Et quanquam, in quibus causis damnoriam retulerat sententiam, prouocationes ad summum tribunal interpositae reiectae fuerant, nos absolutoriam ex interposita leuteratione acceptam in peiores transformare nobis non posse videbamur. Assumere enim, dolose omissam esse constituti curatoris subnotationem, quod suspicor fundamentum fuisse sententiarum in causis adiectis, notissima illa iuris regula, quae donec probetur contrarium, quemlibet bonum praesumere praecipit, eo minus permittit, quo magis eam in re praesente §. I. Tit. VIII. Legis Iudic. Nouiss. confirmat. Cui, cur non aequa in negotiis extra iudicium peractis locus esse possit ac debeat, non appetet. Igitur, quemadmodum consultum est, debitoris assuerationem, se annum aetatis vigesimum quintum superasse cambio inseri, ad hunc nostrum locum quod attinet, professio debitricis, sibi praeter maritum curatorem non esse, ipsi chirographo inserta optimam creditori suppeditat cautionem.


Sed,



Sed, quoniam leges, quas adduxi, loquuntur, non est
 vt praeter nostrae sententiae copiam plura addam. Est vero
 haec: Nunmehr, was die dritte Beschwehrde betrifft, aus den Akten
 so viel zu befinden; daß Klägerin die verursachten Prozeß-Kosten
 Beklagter zu erstatte nicht verbunden, sondern es sind selbige gegen
 einander aufzuheben: Und weil Klägerin anzuführen nicht vermocht
 hat, daß Beklagte gegen sie auf vorgängige Anfrage, ob sie einen
 ihr gerichtlich zugeordneten Curatorem habe, dieses verschwiegen,
 oder gar vernieinet, in welchem Falle allein die Erl. Proz. Ordn.
 Tit. VIII. §. 1. die Uebergehung des bestätigten Curatoris für
 unschädlich geachtet wißen will, mithin es außerdem bey der im Be-
 ffe vom 18ten November 1722. enthaltenen Vorschrift bewendet,
 so bleibt es im übrigen der eingewannten Leuterung ungeachtet, bey
 dem am 30 May 1797. eröffneten, fol. 33 ff. befndlichem Urtheil
 billig. V. R. W.

RESPONS.





RESPONS. LXXXIX.

*Etiam hodie quinque liberi a munere publico
excusant.*

Dubitari poterat, excusatio a numero liberorum petita, ob-
lato tutelae vel alio ciuili munere, locum inter nos ob-
tineat an minus. Partim enim nuptiarum, ad quas ineundas
expositis praemiis euocare non oportet, fauor apud nos tan-
tus esse non potest. Quippe non omnes, soli legitimi hanc
vacationem *I. 2. §. 3. D. d. Excusat.* tribuunt. Partim illa,
quoad numerum, distinctio, tres, quatuor, an quinque sup-
petere debeant, quatenus pater vel Romae vel in Italia vel in
Prouinciis habitat, pr. *I. d. Excusat.* ad Germaniam nullo re-
spectu pertinere posse videtur. Siquidem Germaniam Roma-
bi nunquam subiicere valuit. Ut nec desint optime notae
interpretes *SCHILTER Exercit. 37. §. 155.* qui hanc immunita-
tem non vbiique inualuisse confiteantur.

Verum, quoniam receptio Iuris Romani vniuersalis est,
nec illa immunitatis causa, a numero quinque liberorum re-
petita, *I. 3. C. d. his qui num. liberor. etc.* confirmata, nostrae ciu-
tatis rationi repugnat, vt eam potius *Lex Tutelar. Noviss. Cap.*
IX. §. 1. in deferendo munere tutelae diserte probauerit, ean-
dem

dem muneri Iudicis pagani sibi oblato oppositam admittere, interrogante Iudice pagi cui nomen est Niedersteinleib, nuper non dubitauimus his verbis: *Dieweil dem Anführer I. G. Z. daß er sechs unerzogene Kinder habe, und außer seinem Nahmen nichts schreiben könne, Theils nicht wiedersprochen, Theils solches als wahr fol. 21. bekräftiget worden; So mag denselben, zu Folge der l. 3. C. d. his, qui num. liberor. etc. und der Vormundsch. Ordn. Cap. IX. §. 1. die Uebernahme des Richter- Amts nicht angesonnen werden; Eß ist auch derselbe mit Absforderung einiger Unkosten, als welche Obrigkeitwesen wegen zu übertragen, zu verschonen V. R. W.*

As far as I can see, the best way to do this would be to have a separate section for each of the three main categories of questions. Within each category, the questions could be further subdivided by topic or subject matter. This would make it easier for users to find the information they are looking for. It would also help to keep the content organized and easy to navigate.

B

RESPONS.

RESPONS. XC.

Qui veniam aetatis a Principe impetravit; sua cessione nomen cui hypotheca accessit, in cessionarium, sine tutelaris iudicij decreto, transfert.


Docemur, aetatis veniam a Principe minorenni datam id efficere, ut curatoris potestati eximatur, suisque rebus legem statuere valeat, ut tamen meditatus fundi alienationem iudicis decretum ex praecognita alienationis necessitate expectet. Restricti huius minorennum arbitrii sedes est in l. 2. §. 1. C. d. his qui ven. aetat. impetrav. cuius verba finalia haec sunt, ita tamen, ut praedia sine decreto non alienent. Copiosius idem Imperator CONSTANTIVS in l. 22. C. d. Administrat. tutor. res eas recenset omnes, quas non vult a curatoribus vendi, iudice tutelari inconsulto. Ex hac et ex l. 8. quin tot. tit. Digestor. d. reb. eor. qui sub. tutel. l. cur. st sine decr. n. alienand. l. supponend. intelligimus, iure Digestorum praediorum rusticorum venditionem, oppignorationem, et seruitutum constitutionem neque curatori, neque cum eius consensu minori patuisse, ut potius sola necessitas, a Praetore cognita, eiusque decreto confirmata eiusmodi alienationes demum validas

validas effecerit, eidemque solennitati subiecta esse iure Codicis urbana praedia. Ius nostrum *Lege tutelari* anno huius seculi octoagesimo secundo proditum media quasi via ingreditur, si rata quidem habita necessitate cognitionis, decretique a iudice tutelari instituendae et impetrandi, *Cap. XVI. §. 3.* huic, licet necessitas nulla subsit, limitatam, liberioremque summo regimini potestatem largitur, perspecta pupilli minoris utilitate, venditionis veniam decernendi.

Quae cum ita sint, quis facile dubitauerit, iure communis tutori et curatori vi administrationis ei concreditee licere, pecuniam pupillo sub nexu hypothecae debitam recipere, nomen eiusmodi in solutum dare, aliam ob causam eius dominium in aliud transferre. Quod si quis propter oppignorationem fundi pupillaris tutori, inconsulto iudice, non concessam negare vellet, meo iudicio erraret. Fundum squidem obligare prohibetur, ne eius venditioni via aperiatur. Ecquis vero nummos, modo pecuniam ex fundo haereditario debitam exceperis, ob cautionem, quae mutuo, vel alius generis debito, ex hypotheca accesserit, rebus immobilibus annumerauerit. Certe legem et iuris rationem, ex qua hoc liceat, fateor, me scire nullam. Nec enim, si forte virginas, hypothecaria actione ob debitoris moram rem ipsam creditorei consequi posse, hoc iure per eiusmodi nominis cessionem, adeoque re ipsa destitui, quicquam effeceris. Ut

B 2

enim



enim taceam, débitorem potius praesumendum esse prōmissiōni suae staturum esse, quam destiturum, nec nisi pretio per subhaftationem constituendo, fundum obligatum adquiri posse, ipsum ratiocinium iuris romani analogiae et rationi repugnat. Quae ne fraudulentum quidem debitorem, res suas alienare prohibitum, a commodo sibi oblato abstinendi facultate desituunt, l. 6. D. quae in fraud. creditor. Accedit, d. titul. D. d. reb. eor. etc. et l. 22. C. d. administr. tutor, exemptionem iuris, tutori per administrationem demandatam tributi, ad eoque exceptionem continere, coarctandam sua natura, non ampliandam.

Ius nostrum, quod d. Leg. Tutelari omnem omnino differuntiam tutelae et curae iure romano in variis capitibus stabilitam sustulit, arctioribus curatoris potestatem limitibus circumscribit, et non disertis quidem verbis, variis tamen argumentis Cap. XV. eiusque §. 12. comprehensis ei ius adimit, actiua, sic enim vulgo nominantur, minorenis nomina, inscio et inconsulto iudice, in alium transferendi.

Quam ob rem, si vera est, quam iuris interpretes commendare solent, regula, aetatis veniam curatoris consensum, non iudicis decretum, supplere, consequitur, nostro iure aetate legitima minorem ex venia aetatis sibi a Principe tributa non posse nomina sua venditori in solutum dare, aliamque ob causam in alium transferre.

Verum



Verum enim uero quoniam regula illa ex Imperatoris CONSTANTINI his verbis, *ita tamen, ut praedia sine decreto non alienent,* promanauit, eamque *Lex tutelaris nostra non dilatavit,* persua sum habeo, eam ultra causas, ob quas decreto secundum praecepta iuris Romani opus est, non pati extensionem. Quo magis eiusdem domesticae legis auctor, ab hac obligatione immunem profitetur, cui aetatis veniam largitur.

His rationibus conuictus, quum ante aliquot menses eiusmodi minoren sis, nomen hypotheca munitionem cedere paratus, eius pretium a pia causa peteret, quo fundi sibi comparati venditori satisfaceret, equidem interrogatus, nihil periculi subesse, respondere non dubitauit.



RESPONS. XCI.

*Minori negotium, quod ei cum alio minore intercessit, non
xium esse non debet.*

Nuperrime, cuiusmodi nunquam dum prodisse memini, controversia iudicio nostro subiiciebatur. Duo minores aequalem vterque pecuniam sorti commiserant, (*es hatte jeder ein Loos in der Lotterie genommen*) hoc pacto, vt, quod forte alteruti feliciter lucro cesserit, vtrique commune esset. Quod quum in uno contigisset, is partem lucri dimidiam alteri petenti negabat, causam intserens, sibi propter aetatem minorenem pacisci non licuisse. Actor in eadem conditio ne se constitutum, adeoque neutri priuilegium prodeesse, contendebat.

Quid, si minor a minore captus fuerit, Romanorum iure statuendum sit, ex collatione *l. 11. §. antepen. et l. 34. princ. D. d. Minorr.* intelligimus. Ut videlicet, laesione ab utraque parte apparente, eius, qui consumserit, melior sit conditio, alterique solum eatenus succurratur, quatenus ex consumptio ne lucrum alter perceperit. Secundum hanc rationem in propositae litis decisione distinguendum esse videtur, vt, si

quid

quid actor in ludo perdidisset, illud ex rei lucro restitueretur, caeterum vero hic a petitione absolueretur. Quicquid enim praeter damni reparationem actor petit, id ei lucro, et ex adversa parte damno futurum esset, si quidem pars lucri iure percepti rei patrimonio decresceret.

Notissima illa iuris regula, quae in aestimanda cuiuscunque negotii qualitate initium rei spectare iubet, rem nostram in primis dubiam facit, et neutrum ab altero captum esse nobis persuadere videtur. Siquidem quo tempore paciscebantur, utrum alteruter lucri quid habiturus, an uterque ludo commissum perditurus esset, incertum erat, adeoque lucri spes duorum numero ex utraque parte augebatur. Beneficium vero minoribus in iure concessum illi regulae aduersatur. Siquidem negotium per se iure perfectum supponit.


16. D. d. Minor. et propter laesionem dein obuenientem laeso succurrit, gestumque rescindit. Num vero in exemplo proposito laesio statuenda sit.

1. 24. §. I. d. t. in anticipiti relinquit.

Nostro iure propositae controversiae decisio non aequa dubia appareat. Quod, quoniam pacto minores obligari omnino non patitur, v. Leg. Tutelar. d. a. 1782. cap. XIII. §. 5. vbi haec legimus, *Hingegen kann ein Unmündiger sich einem andern ohne das Vormunds Einwilligung auf keine Weise verbindlich machen, et §. 6. In Ansehung ihrer Person, nicht aber wegen ihres Vermögens, sich verbindlich machen, minoris conventionem cum*

alio





alio minore, et eam cum maiore hoc vnum interest, ut quidem haec d. L §. 3. minori pacienti proficia esse possit, illa vero, quoniam eodem yterque iuris sauro fructus, nihil actum esse censemus, adeoque pactum neutri, si curatorum consensus non accessit, neque prodesse, neque obesse possit.
 Etenim quanquam donationi a minore facienda curatori consentire non licet, quin pactum huiusmodi suo consensu sustinere valeat, non dubito. Videlicet magis credibile est, perditum iri sorti commissum, quam lucro futurum, et spes ab ytraque parte aeque incerta, ut metum damni quem societas gignit spes lucri ex eadem oriunda facile compenset. Inierant vero in re praesenti societatem insciis curatoribus, nihilque adeo actori deberi, a Senatu Zittauiensis consulti, respondere non dubitauimus his verbis: *Dass Klägers I. G. H. Suchen wieder Beklagten G. H. nicht statt hat, adiecit ratt.* Obwohl die Uebereinkunft, wonach einer dem andern verspricht, dass er den aus seinem Lotterie-Loose zu hoffenden Gewinn mit ihm theilen wolle, wenn ein gleiches Versprechen Gegenseits geschehen, wegen der Ungewissheit, welchem das Glück günstiger seyn werde, und wegen verdoppelter Hoffnung zum Gewinne für nachtheilig nicht zu achten ist; Und in Beurtheilung des Rechts Bestands bürgerlicher Handlungen nach der Rechts-Regel initium rei spectandum, auf deren Anfang gehabte Beschaffenheit Rücksicht zu nehmen ist; Hiernächst unmündigen l. 24. §. 1. d. Minor zu pacisciren nicht verbothen,

viel-

vielmehr nur denen wieder selbige aus Verträgen erwachsenden Verkürzungen abzuheben, dieser Rechts-Befehl jedoch l. 11. penult. eod. wieder eben sowohl priuilegierte Personen ihnen nicht zu gestatten ist; Diesemnach, daß die erhobene Klage auf gültigen Rechtsgrunde beruhe, es den Anschein gewinnet:

Dennoch aber und die weil der rechtliche Satz initium rei spe-
candum est, wieder die Rechts Wohlthat der Wiedereinsetzung in
vorigen Stand nichts wirkt, wobei vielmehr eine rechtsgültige Hand-
lung vorauszusetzen, und nur auf den daraus erwachsenen nachtheiligen
Erfolg Rücksicht zu nehmen ist, l. 16. pr. d. Minor. Auch, wenn
zween gleich priuilegierte Personen zusammen treffen, gedachte Rechts-
wohlthat nicht dem, welcher etwas zu gewinnen oder wieder zu er-
langen, sondern, welcher Nachtheil zu vermeiden oder einem bevorste-
henden Verluste zu entgehen sucht, zum Vortheile gereicht, s. l. 11.
§. 6. l. 34. d. tit. et. DD. Sowohl insonderheit nach heutigen
Rechten, s. Vormundsch. Ordn. Cap. XIII. §. 5 sq. Unmündige in
keine Verbindlichkeit gesetzt werden mögen, welchemnach, wenn
beyde paciscenten unmündig, zwar keiner von beyden durch den Ver-
trag, immassen außerdem d. l. §. 3. wohl geschehen kann, etwas zu
gewinnen, eben so wenig aber auch eines Theils seines Vermögens verlu-
stig werden mag, wie gleichwohl geschehen würde, wenn Beklagter von
dem ihm rechtmäßig zu gefallenen Gezwinne Klägern die Hälfte abgeben
müßte, so ist etc.

C

Has

28

Has prelo committendi meditationes dedit occasionem
Vir Consultissimus

CAROLVS AVGVSTVS TITTMANN

qui hanc nobis exposuit vitae suae adhuc transactae rationem.


Natus sum Wittenbergae a d. XII. Sept. MDCCLXXV.
patre CAROLO CHRISTIANO Theologo tum Wittenber-
gensi, matre CAROLINA REGINA e gente SCHLEVSS-
NERIA. Prima elementa, quibus puerilis aetas imper-
tiri solet, mihi tradidit DRASDO, nunc Praepositus et
Superintendent ecclesiae Kembergenis. Deinde HESS-
LERO consobrino traditus sum, nunc pastori Collocha-
viensis ecclesiae, qui in me non solum edocendo, sed
etiam educando tantam et tam indefessam collocavit ope-
ram, ut de iuventute mea, omniq[ue] vita summa fibi me-
rita parauerit. Cum vero pater optimus Dresdam vo-
caretur ad munera consiliarii supremi senatus ecclesiasti-
ci et Superintendentis A. MDCCLXXXIX, ibi tradi-
tus sum FISCHERO eidem quoque consobrino meo, nunc

Super-

Superintendenti Iuterbocensi, cuius tanta fuit in me instituendo cura atque diligentia, ut felicissimam mihi reddiderit iuuentutem meam optimi viri disciplina. Qui vero, cum ad ecclesiam esset admotus, per sex fere menses audiui BEVTLERVM scholae Crucianae Correctorem, qui multa eaque eximia de me sibi merita parauit. Ita factum est ut A. MDCCXCIII. in academiam me conferre possem. Tum vero Lipsiam me contulii, non, quod mihi displiceret vrbs patria, sed quod illuc me vocaret amor fraternus, ibique Rectore CAESARE in numerum ciuium academie receptus sum. Studiorum initia a Philosophia feci, in eaque audiui CAESAREM, Logicen tradentem, HEYDENREICHIVM ius naturae et ius publicum vniuersale, SEBASIVM mathefin puram, FRATREM denique carissimum Psychologiam empiricam explicantem. FORBIGERVIS Rhetoricen me docuit. Neque historicas scholas neglexi, sed WIELANDVMI in historia Imperii et arte diplomatica magistrum habui, in historia vniuersali FRATREM, cuius sub auspiciis per biennium

C 2

et



et sex menses differendo et scribendo de rebus philosophicis, me exercui. Interea summis usus sum in Iuris disciplina magistris. Nam historiam iuris a STOCKMANNO, Institutiones, Pandectas, ius Germanicum et Saxonum ab HAVBOLDO accepi, ius publicum a BIENERO, ius feodale a RAVIO, ius canonicum, criminale et ordinem tractandi iudicia criminalia ab ERHARDO. Processum vero et artem relatoriam EINERTVS me docuit, IVNGHANSII examinatorias scholas practicasque frequentauit. Quorum celeberrimorum magistrorum institutione cum per biennium et sex menses ita usus fuisset, ut si nulli inde fructus in me redundassent, ipse accusandus esset, scripsi Dissertationem *de delictis in vires mentis humanae commissis*, eamque a d. VI. Octobr. MDCCXCV. praefide ERHARDO defendi. Quo facto Göttingam me contuli, ibique summos magistros habui BOEHMERVM, beatum illum, in iure feodali, PÜTTERVM in iure publico et iure priuato principum, RVNDIVM in doctrina de successione Germanica, WALDEKIVM in iure privato Rom.

Germ.



Germ. atque de controversiis iuris, MEISTERVM in iure
criminali, SPITTLERVM in historia ciuitatum Europae et
Imperii Germanici, GRELLMANNVM in Statistica Ger-
maniae, FEDERVVM denique in arte disputaudi. In certa-
mine litterario vero ciuium academie Georgiae Augu-
stae, a Rege magnae Britanniae constituto, tam felici mihi
esse contigit, ut praemio proposito ab Iureconsultorum
Ordine ornaretur libellus meus *de ambitu et limitibus iuris*
supremae inspectionis e natura rei et principiis iuris publici
tam uniuersalis quam Germanici rite ponendi conscriptus,
a. d. IV. Iun. MDCCXCVII. His negotiis occupatus
integrum annum Göttingae absumsi, atque hoc tempus
insignis Excell. GRELLMANNI fauor ac benevolentia, et
ICTOR. RVNDII fil. ac SCHOENEMANNI amicitia suauissi-
mum mihi reddidit et incundissimum, curius nunquam
apud me peribit memoria. Redii tandem in patriam mihi
semper desiderabilem exeunte anno, Lipsiaeque ad fe-
stum Michaelis summos in Philosophia honores accepi,
et iuris Romani disciplinam priuatissime docui. Infel-
icitate incepsit enim in mea sessione omnibus meo omni-

quenti vero anno examini Iureconsultorum me subieci,
a quibus cum studia mea non plane improbari intellige-
rem, brevi post examen, quod rigorosum vocant, susti-
nui. Atque ab hoc inde tempore varias praelectiones
habui super iure criminali, ordine tractandi iudicia crimi-
nalia, iuris criminalis historia, Institutionibus et Pandec-
tis. Denique Commentationem, *de causis auctoritatis
iuris canonici in iure criminali Germanico conscripsi*, cuius
partem primam Amplissimis Philosophorum Ordinis au-
ctoritate a. d. XXIV. Febr. MDCCXCVIII., partem
secundam vero a. d. Cal. Mart. eiusdem anni Illustris Ju-
reconsultorum Ordinis auctoritate pro summis in utroque
iure obtinendis honoribus defendi.

Mobiliis etiam iuris iudiciorum et iuris iudiciorum

Quibus speciminibus omnibus ac certaminibus quam
gloriose defunctus esset, et probasset, se non minus laudabili-
ter in studio Iuris versari, quam S. V. Pater, et frater natu-
maior in Sacris Pandectis, summos in Iure honores ei tribue-
re, simulque copiam facere, in collegio nostro aliquando affi-
dendi, eo minus dubitauimus, quo confidentius speramus,
hanc rem academiae nostrae et rei publicae salutarem esse fu-
turam.

Haec

Haec igitur omnia more a maioribus accepto rite peracta esse, his litteris et adiecta hac tabula testamur.

Scribent. Lips. Domin. Iudic. A. C. MDCCXCVIII.

LIPSIAE
EX OFFICINA SAALBACHIA.



12239.1
L

Hecc dicitur omnis pars in munitione regis isti regis
etiam illi, qui inter se arbitrii nec possunt iustitiam
scripere. Propterea dicitur iste A G. MDCXXVII.

LIBRARY
OF THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES



L

III

I N

PAV



VDI8

S6.



1798,5.
ORDINARIUS
IDEM QVE
PROCANCELLARIUS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACULTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

ORES

OCVM

IDATO
VSTO

MAG.

III.

T

XC. et XCI.

